

DEFENSIO IVRIVM FISCALIVM

In celebri controuersia inter D. Emanue-
lem Carafam, & Fiscum Regni
Neapolitani.

*Cuius occasione nouis obseruationibus
illustrantur pragmatica 4. 16. 17.
& 27. de feudis.*

Scribebat

D. CAROLVS CALÀ I.C.

In Regia Camera Summaria
Fisci patronus.

*Del. Lib. et Coll. ^{crisp.} *Exuena**





¹
Eudorum deuolutionem inuti-
lem Curiae redditam propter
onera quibus grauantur, quo-
tiens suspitio reuersionis vel
peregrè auguratur, spero fore
aliquando profuturam. si obti-
nuero in celebri controuersia
inter D. Emanuelem Carafam,
& Fiscum: Is defuncto Ill. D.

Francisco Maria Dominico Carafa Duce Nucerie
Paganorum absque legitimo feudorum successo-
re, tamquam heres in burgenfaticis illius petiit in-
ter creditores graduari pro satisfactione multarū
quantitatū excedentium summā ducatorū centum
quingenta millium, quos contendebat solutos
fuisse per nouissimum Ducem creditoribus ante-
cessorum, qui feuda tenebāt obligata; Ad quod fū-
dandum dicebat esse inter allodialia numerandam
actionem illos cōsequendi, ex quo defunctus pro-
pria pecunia, scilicet pretio Status Sancti Angeli,
feudi materni, quod cum assensu vendiderat, cre-
ditores feudorum paternorum dimisit, prauia
sibi cessione iurium, & quamuis creditores illi as-
sensu potirentur, & iura etiam feudalia transtulif-
sent in Ducem cessionarium, attamen super cesso-
ne assensus desit impetrari, & consequentèr vel
tamquam simplex procurator creditorum actiones
hypothecarias illorum cum assensu poterat utili-
tèr experiri, vel tamquam procurator in rem pro-
prium actionem in factum, & officium Iudicis
implorare propter expensas in liberatione feu-
dorum factas, eorumquè augmenta, & meliora-
tiones.

hypothecas cum assensu super feudis deuolutis, ibi, *repartir lo que importan dichas cargas sobre los bienes allodiales, y burgenfaticos, & ibi, se cobren de los bienes burgenfaticos las cargas, y deudas que huieren quedado impuestas sobre qualesquier bienes feudales que se hubieren debuelto, quas literas regias transcripsit Carleual d. disp. 23. in fine.*

**Et ex his remanent omnia dubia resoluta, & iustitia
Fisci clara & euidens. Neap. die 17. Februarii
1651.**